



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicij Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 12. Sortibus diabolicis subinde homines vera cognoscere, vt postea
falsis magis credant: eosdemq[ue], si è multis falsißimis coniecturis,
tantùm vna verum attingat, illa[m] iactare, mendacijsq[ue] ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

§. XII.

Sortibus diabolicis subinde homines vera cognoscere, ut postea falsis magis credant: eosdemq;₃, si è multis falsissimis coniecturis, tantum una verum attingat, illam iactare, mendacijq; reliquis omnibus veniam dare.

Vtinam imitarentur hoc factum, qui eunque plus quàm vitrea ac fragili veritate nituntur! Quid amentius potest esse, quàm credere hosti? quid stultius, quàm adhibere fidem ei, qui in veritate non stetit: quia non est veritas in eo? immo qui, etiam cum vera loquitur, mentitur; loquitur enim, vt fallat. Verum erat illud: *Aperiuntur oculi vestri: falsum, quod mox subiunxit: Et eritis, sicut dij.* Nempe, sicut lignea sagitta non penetraret, nisi cuspis ferrea præfixa viam aperiret; sic multi diabolo mentienti non crederent, nisi vel vero, vel specie veri deciperentur. Eleganter Augustinus hic occurrit inquiens: Sed forte dicit aliquis: *Quid facimus, quia anguria ista, vel characteres, vel divinationes frequenter nobis veritatem annunciant?* De hac re Scriptura nos cōtestatur & monet dicens: *Etiamsi vera dixerint vobis, nolite credere: tentat enim*

Ioan. 8.

44.

Gen. 3. 5d

S. August
serm. de
temp. 241

92 Cap. III. De illicitarum & diabolicarū
enim vos Deus vester, utrum eum timeatis, an
non. Sed iterum dicas: Aliquoties, si præcanta-
tores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut
de aliqua infirmitate prope usque ad mortem,
multi periclitantur. Unum est, fratres, quia
permittit hoc Deus diabolo, ad probandum po-
pulum Christianum: ut cum interdum, per il-
la sacrilegia, aliqua remedia receperint, facili-
us postea diabolo credant. Et ideo quantum
potestis circumuentiones illius fugite. Quod
planè etiam est, de sortibus Sathanicis
dicendum; quæ non periculis duntaxat, sed
etiam falsitate sunt plenæ, & sæpe non tam
præsciente diabolo, quam temerè coniisci-
ente, attingunt veritatem; sicut qui fastos
& calendaria condunt, etiamsi stellarum
nullam habeant peritiam, etiamsi temerè
umbres aut serenitates prædicant, tamen
non raro id prædicunt, quod postea euen-
tum est; etsi non raro etiam pinguissimè
mentiantur. Quoniam enim, teste Augu-
stino, non tenent homines memoria falsitates
erroresq; Mathematicorum, non intenti, nisi
in ea, quæ illorum responsis prouenerunt, ea quæ
non prouenerunt, obliuiscuntur: & ea com-
morant, quæ non arte illa, quæ nulla est, sed
quadas obscura rerum sorte contingunt. Quod
si pe-

S. Aug.
I. 83. qq.
q. 45.

si peritiae illorum volunt tribuere , dicant artificiosè diuinare etiā mortuas membranas scriptas quaslibet , de quibus plerumque , pro voluntate , sors exit . Quod si non arte de codicibus exit saepe versus futura pronuncians , quid mirum , si etiam ex animo loquentis , non arte , sed sors erit aliqua prædictio futurorum ? Ratum est , apud Theologos , futura contingentia dæmones , non nisi ex incertis conjecturis , aut aliquando è certa Dei reuelatione nosse . Coniectando saepe hallucinantur . Cum reuelata propalant , tamen hominibus non constat , an ex Deo habeant . Cum ergo ex ipsis dæmonibus futurorum iudicia certa non hauriantur , quæ esset in Sortibus dæmonum certitudo ? Inde nec propriè Sortes , sed , cum addito , Sortes diabolica sunt appellandæ . Quia ipsa de causa vera & absolutè sors D. Augustino ; non aliquid mali est , sed res est , in dubitatione humana , diuinam indicans voluntatem .

§. XIII.

Deum , in pœnam superstitionis , subinde permettere , ut superstitionis fiat , sicut crediderunt .

Denique , si quando eueniunt , quæ ex illicitis Sortibus homines se vel occulta , vel absen-